



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Ecclesia, & Altare non consecrata seu non benedicta, n. 8

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

24 LIBER I.

mediam noctem, seu pertinere ad diem sequentem, nam propterea, qui illi interfuerit, satisfaciet a præcepto audiendi Missam in die Natalis. Simili igitur modo Missa inchoata ante violationem, & absolta post, disponitur à jure ac si esset absoluta antea, & ideo eandem violationem tollere nequam potest.

*Ecclesia & Altare non consecrata,
sive non benedicta.*

3 **I**Am vero de Ecclesia non consecrata, sive non benedicta, & Altari item non consecrato, si quis forte in his celebret. Dico certum esse mihi, & aliis non remanere, nec consecrata, nec benedicta, nec deputata ad sacrificium Mihi, quia non continguntur à Sacratissimo Christi corpore, & sanguine. Aliis, cum propter eamdem rationem,

rum
a Delugo de Euch. disp. 15. sed. 2.
num. 57

CAP. I. §. IV. 25

tum ex absurdo , quia si ipso sacro ministerio statim talia fierent, omnia Oratoria, & Altaria, etiam in Castris militum , etiam sub dio, essent consecrata, vel deputata ad sacrificium , postquam in eis , ex quacumque causa, celebratum fuerit, quod ut clarum conveniens, à nemine admittitur.

9. Quod si hislobiicias : cur Ecclesia violata ex probabili sententia modo dicta num. 5. reconciliatur , si ibi sacrificium peragatur, non autem consecratur, seu benedicatur, si in illa non consecrata celebretur, respondere possent, quia, ut ibidem dictum est, plus requiritur ad inducendam consecrationem, seu benedictionem in materiam profanam , quam ad purgandam materiam jam semel consecratam, seu benedictam.

B

§. V.